Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26279
Copyright: Admont, Benediktinerstift

deum audierit loquentem sibi. terram & cinerē
esse se dixerit. Ergo daniel ad uisionis horrorem
languisse & egrotasse se dicit. & cum surrexisset
fecisse ~~opera~~ opera quę sibi a rege fuerant impe
rata. reddens omnib' omnia & euangelicū illud
sciens. reddite quę sunt cesaris cesari. & quę dei
sunt deo. Et stupebam ad uisionem. & non erat
qui intīpretaretur. Si ñ erat qui intīpretaretur.
quomodo sup' intīpretatus est angelus. Sed quod
dicit hoc est. reges audierat. & eorum nomina
nesciebat. futura cognouerat. & quo futura essent
tempore dubius fluctuabat. Itaq; quod solum fa
cere poterat. stupebat ad uisionem. & di cuncta
scientię relinquebat. Visio xxiiii. In anno
Cap. 9. primo darii filii assueri de semine medorum
qui imperauit sup regnum chaldeorum. Hic est
darius qui cum cyro chaldeos babyloniosq; su-
peraui. ne putemus illum darium cuius secō
anno templum edificatum est. quod porphirius
suspicatur. ut annos danielis extendat. vel eum
qui ab alexandro macedonum rege superatus est.
Addit ḡ nomen patris. addituq; victoriam. quia